

Franckesche Stiftungen zu Halle

Historia Reformationis Ex B. D. Martini Lutheri Aliorumque fide dignorum scriptorum monumentis eruta ac digesta

Majus, Johann Heinrich

Francofvrti ad Moenvm, MDCCX.

VD18 11197102

Ad Locum IV. De Angelis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211445)

ex homine nascitur aliud corpus mirabili ortu, non sicut faber ex materia aliquid facit, dum materiam parat, aliquid vel rescit, vel addit, dum materiam format &c. Sed sicut arbores nascuntur ex terra tanquam ex nihilo, ut videantur omnia nasci verius, quam formari aut creari. Dicit enim montes natos, tanquam gignente Deo, ut significet id quod in Psalmo (XXXIII.) ex Genesi est: *ipse dixit & facta sunt*. Per verbum enim ista sunt omnia facta, ut verius nasci quam formari aut creari viderentur, quia ibi defuerunt omnia instrumenta. Verbum *holel* (הוּל) proprie significat *formari*, sicut embryo formatur in utero, nullo adhibito instrumento. Vult autem Moses ista verborum proprietate ostendere, quod creatio totius mundi fuerit Deo ceu parturitio quædam, vel, quædam nativitas, jubente Deo; ut discamus, quam facile Deo fuerit ex nihilo omnia facere, siquidem res ex ipsius verbo quasi enatæ sunt. Nam in nascendo apparet summa facilitas. Arbor cum nascitur, non laborat.

Tom. IV. Gen. Lat. fol. 525. b.

AD LOCUM IV. DE ANGELIS.

Ad pag. 268. de ministerio Angelorum.

Quamquam Deus, qui omnia solus fecit, & ipse quoque solus omnia administrat, solus denique futura novit & prædicere potest, assumit tamen cum Angelos tum homines, per quas gubernare vult, ut nos cum illo & ille nobiscum operetur. Angelis perinde utitur, ut hominibus, licet ignoremus, quomodo id fiat; illis enim non committit gladium, ut Politico Magistratui, nec verbum externum, ut Ecclesiis Ministris, nec victum & amictum, ut œconomis & parentibus. Tale quid enim de Angelis nec videmus, nec audimus, prout de hominibus audimus

dimus & cernimus; nihilominus tamen Scriptura S. in multis locis affirmat, quod Deus mundum per Angelos gubernet, cuius Cæsari, Regi, Principi, imo homini, suum ordinaverit Angelum, qui eum juvet, ejus commoda & officium promoveat, quemadmodum Daniel X. 20. queritur Angelo Judæorum, quod Angelus Persarum ipsi restiterit, Græcorum autem Angelus opitulatus sit. Quomodo vero Angeli super hoc consentiant in Deo (*eins bleiben für Gott*) & tamen dissentiant coram hominibus, tangere nolo, propter spiritus saturos, qui uno momento omnia discere possunt, quid Christus & omnes Articuli fidei necessarii requirant, ac deinceps ad quæstiones delabuntur sollicitique sunt, quid Deus ante mundum conditum fecerit, ut hic quoque curiositati suæ indulgeant cum Angelis; sed id solum persequar, quod facillimum est, quodque ipsi, simulac audiunt, optime intelligere possunt. Nimirum, quod, quia Deus impios in Magistratu Politico per se & Angelos suos regit (ceudictum) maxime propter verbum suum, ut prædicetur; quod fieri non posset, nisi pax in terra esset; serio quoque illud agit, eosque interdum per Angelos suos ducit feliciter, aliquando etiam infortunium evadere mirabiliter sinit, sicut gentiles ipsi fatentur, bellum & victoriam non simpliciter in manu vel sapientia hominis, sed in fortuna consistere. Quod ita evenit, quia Angeli præsto sunt, & per internos impulsus (*anregen*) subito consilium suggerunt, vel externe signum & impedimentum objiciunt, quo homo moneatur, vel mutetur, ad hoc vel faciendum aut omittendum, sæpe etiam contra primum suum propositum. Quia enim Angeli verbis non agunt nobiscum, menti inspirant, vel subito externam causam objiciunt, sicut nos equos & boves clamoribus detinemus, vel ligna lapidesque objicimus, ne in foveam incidant. Qualia signa externa gentiles *omina* vocant, quibus pleni sunt ipsorum libri; ignorant autem quis faciat. Hoc autem Angeli faciunt in terra.

Tom. III. Alt. p. 778. a, b. in præfat. ad Lichtenberg. vaticinia.

d

In

In *Explicatione Proph. Zacharia* I. 10. 11. observavit, hunc textum esse unum ex illis, unde dici possit, quomodo Deus *mundum per Angelos gubernet*, cum ipse tamen per se solus omnia faciat. Quadruplex enim regimen constituit Deus: I. quod per se ipse facit, sine cooperatione creaturarum, ut quando creaturas format, auget, conservat, varias virtutes iis communicat. II. Quando res creatas & conservatas Angelis commendat, ut *externe* eas ducant, regant, custodiant, juvent, præsertim homines; interne enim solus Deus conservat & juvat. Quamquam igitur Angeli interius opitulari nequeant, sicut Deus facit; exterius tamen faciunt quod suum est, ut quando hominibus bonas, utiles, vel necessarias cogitationes suggerunt, & malas noxiasve auferunt. Hinc fit, ut sæpe aliquis evadat periculum ignis, aquæ, cædis &c. quando ei subito incidit cogitatio, aut aliud negotium expediendum obvenit, ut hac ratione eripiatur ex periculo improvise & agnoscat deinceps dicatque: si hoc vel illud non fecisset, periissem certe vel aqua, vel igni, aliave ratione, aut damnum fecissem. Vulgo etiam dicitur: bonum ibi Angelum habuisti. Et Gentiles fortunæ talia adscripsere, & idolum ex eâ fecere; videbant enim talia fieri, nesciebant tamen verum Deum per Angelos suos illa facere. Ita *Augustinus*, cum hæretici ei insidiarentur, ut eum trucidarent, aliam carpebat viam, nil cogitans, procul dubio Angeli instinctu. Sic cum *Julius Cæsar* è navi in mare se præcipitaret & natando evaderet, hoc consilium huncque animum Angelus ei externe suggessit, & Deus interne. Sic omnibus contingit mortalibus, ubi vel pericula effugiunt, vel felices sunt; opera hæc sunt Dei & Angelorum, &c.

Tom. IV. Altenb. pag. 283. b.

Ad pag. 272. §. XVIII. lin. 3.

Finge novem choros tanquam *Sphæras*, supremam *Seraphim*, deinceps *Cherubhim*, *Thronos*, *Dominaciones*, *Virtutes*, *Principa-*

cipia-